dum videras Da ſic poſt
tranſitoria michi locum in
gloria in honore nunc tan
torum ceterorumque dolorum quos
pro nato corde triſti virgo
unquam pertuliſti mea tibi mi
ſeriam committens ſerua animam
ſemperque ſis doloribus dulcis
adiutrix omnibus O clemens
O pia O dulcis virgo maria

Septem gaudia terreſtria
beate marie virginis

Gaude virgo mater
chriſti que per aurem
concepiſti gabriele nuncio.
Gaude quia deo Aue maria
plena peperiſti ſine pena
cum pudoris lilio Aue maria

Gaude quia regibz cum
ſuis muneribus viſa es
cum filio Aue maria gr̃a
Gaude quia tui nati q
quē videbas morte pati
fulget reſurrectio Aue m̃
Gaude chriſto aſcēdente
qui in celū te vidente mo
tu fertur ꝓprio Aue mā
Gaude quia paraclitus
miſſus fuit celitus in tuo
collegio Aue maria
Gaude que poſt ipſum
ſcandis et eſt honor tibi
grādis in celi palacio
Ubi fructus ventris tui ꝑ
te detur nobis frui in per
henni gaudio v̓ Ora p ne